



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XX. An Decretum Dei immutabile, tollat liberum arbitrium; necessitetque  
tam ad bona, quam ad mala?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

aut aliquid boni vel mali egissent; (Vi secundum Electionem Propositum Dei maneret) non ex operibus; sed ex Vocante dictum est ei, &c. Iacob dilexit; Esau autem odio habuit. Ro. 11. Sicut etiam non ex operibus: Alioqui gratiam non est gratia.

Verum in hisce conueniunt nobiscū Calviniani: discrepant Pelagiani. Li-quet in meo Luthero. cal. p. 4. q. 32.

### QVÆSTIO XIX.

*An detur ex parte hominis causa Reprobationis?*

#### XXXIII. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINISTÆ periculaciter Negant; esseque parēm causam ac eandem tum Electionis, tum Reprobationis contendunt tam Positiuæ, quam negatiuæ.

CHRISTVS. Ego vero veni vocare peccatores; & nolo mortem peccatoris; sed magis ut conuertatur, & vivat: ceu suprà pluribus manifestum: nihilominus, quia vocauit, & noluisse; ego quoqueridebo in interiu' vestro, sed distinctè.

I. Reprobationis Negatiuæ causa est sola. Det voluntas, id est, Prior actus reprobationis est quo non vult quosdam saluare.

1. *Et quis est qui dicat ei, quare sic facis?* Adeo Iudicia Dei abyssus multo.

2. Quia verè, Rom. 9. Antequam aliquid boni vel mali egissent, Non ex operibus, sed ex Vocante dictum est ei, quia maior seruet minori. Et Iacob dilexit; si autem odio habuit, scil. in præscientia mea Dei. Nec Esau odio habuit ob peccatum orig. quia & Iacob in eadem fuit, quoad pec. orig. damnationem.

Sed hæc reprobario dicitur Negati-

ua, qua vnum libero ab or. pec. & alterum non libero; quia sic volo: Miserebor, cuius miserebor: Röm. 9. An non habet potestatem filius luti. &c? Proinde Deus cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Quæ voces licet posituum quid sonat; negatiuè tamen capienda sunt: sc. quæ Deus non vult aliquos saluari. Volunta te Antecedente: dc qua hic sola agitur. Et in hac Deus fecit vas contumeliam ex massa generis humani, qualia massæ huius natura conditioque requiritur ex se, sc. vas iræ & odij. Quibus sic in ea conditio relictis, in qua inuenit; non facit iniuriam; sed voluntate sua Antecedente se negatiuè habet: ceu verè exponit S. Aug. ep. 106.

II. Reprobationis Positiuæ, id est, Damnationis causa est in solis hominibus reprobis ob tua cuiusque peccata.

1. Idecirco me dicturum prædixi, Mat. 24. *De maledicti in ignem eternum. Qua de causa?* Esuriui enim, & non dedisti mibi manducare.

2. Vnde & Rom. 2. *Ira & indignatio in omnem animam operantis malum.*

3. Debet homo Deum habere Autorem operum bonorum; tamen sine horum prævisione Deus eum prædestinavit, quia voluit & potuit: at habere Deum nequit Autorem malorum operum; ideo cum horum prævisione eum iustè reprobauit Deus positiuè ex causa peccatorum reprobi.

### QVÆSTIO XX.

*An Decretum Dei immutabile tollat liberum arbitrium; necessitetque tam ad bona, quam ad mala?*

XXXIV-



## XXXIV. ANTICHRISTIANISMVS.

**C**ALVINI & CALVINISTARVM effata ac  
Maximæ sunt plures.

1. Liberum arb. est extinctum & amissum  
per pec. orig.

**CHRISTVS.** At ego dixi, Matth.  
19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.  
Mat. 23. Volui congregare filios tuos, & No-  
luisisti. Apoc. 3. Ecce sto ad ostium, & pulsò; si  
quis aperuerit mihi, intrabo.

2. Plenum talibus vetus est Test. Ut  
Num. 30. In arbitrio viri erit; siue faciat siue  
non faciat. Deut. 30. Proposuit vobis vitam  
& mortem. Elige vitam, ut viuas. Ios. 24.  
Eligite quod placet, cui potissimum seruire de-  
beat. 2. Reg. 24. Trium tibi datur optio; eli-  
ge unum ex his. Eccl. 31. Qui potuit transgre-  
di, & non est transgressor; & facere mala, &  
non fecit.

## XXXV. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**IBERI arb. vires naturales tolluntur per pe-  
& tua.

Ita CALVINISTÆ.

**CHRISTVS.** At præter iam dicta,  
testantur exempla peccantium aëtua-  
liter, & tamen libertatem arbitrij ter-  
uantium saluam. Hinc Caino dictum  
Gen. 3. Sub te erit appetitus ejus, & tu domi-  
naberis illius. Dauidi post peccata dicitur,  
Trium tibi datur optio: elige. &c. 2.  
Reg. 24.

## XXXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

**CALVINISTÆ.** Gratia sufficiens necessitata-  
nimam liberumque arbitrium.

**CHRISTVS.** At ego ipse adhibui,  
adhiberique euro Monita, Præcepta,

Confilia, Minas, Increpationes, Lauda-  
tiones, Praemia, pœnasque; tanq'aam ad  
homines liberi arbitrij; quo vocanti, sa-  
na suadenti ac iubenti pareant; si velint.  
Hinc Mat. 23. Quoties volui congregare fi-  
lios tuos. &c. Isa. 50. Vocaui, & non erat, qui  
audiret. Iere. 7. Vocaui vos, & non respondi-  
stis. Zach. 1. Iocl. 1. Ezech. 18. Conuertimi-  
ni, & agite pœnitentiam. Sic excitatis libe-  
rum est lequi; ergo gratia excitans nō  
tollit lib. arbitrium: Si non est liberum;  
ergo vanæ sunt minæ, pœnæ, increpatio-  
nes.

Manet interim istud Ioan. 6. Nemop-  
test venire ad me, nisi Pater meus tra-  
xerit: Trahit enim non vi cogendo; sed a-  
more, affectuque illiciendo.

## QVÆSTIO XXI.

An arbitrij libertas sit ab & Coactione  
& Necessitate: Idque etiam in  
Deo?

## XXXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO-CALVINISTÆ volunt per solam  
libertatem à coactione; non illam à nec-  
essitate; constitui liberum arbitrium. Vide Luthe-  
ro. c. p. 4. q. 37.

**CHRISTVS.** Ad liberum Arbitrium requiritur Libertas ut aqua: tum  
à Coactione, tum à Necessitate.

1. Vnde Eccl. 15. Deus der. ligat homi-  
nem in manu consilij sui: adiecit manu data: Si  
Volueris ea seruare, conseruabunt te. Apposuit  
tibi ignem & aquam. &c. Ante hominem vi-  
ta & mors, bonum & malum; quod placet ei,  
dabitur illi. Hæc verò libertas arbitrij est  
& à Coactione & à Necessitate: Itemq;  
est inter Contradicторia: velle & non  
velle

